

Pierij Val Taranda.

TIPOGRAPHIA S. I. S.

D

Addunt & hoc hieroglyphicū inueniri, vt si sacerdotes ijdē Agyptij poësin exoticam significare vellent (nā de sua sanctius sentiebant) polypi caput figurarent, quod quidem esculentis appositum suauissimi saporis, ganeaq; iucundissimum esse perhibetur, cæterū horrenda prodigiosaq; somnia patere deprehensum est. Quocirca si quis futura de insomnijs cōsulturus esset, ab eſu Polypi abstinere præmonebatur, perinde ac etiā ne fabas ederet. P̄ēsimilē autē huic esse poeticon dicitabat, que fabulas amatoriasq; illecebras sectaretur, ipso quidē dicēdi lepore delectabiles, sed bonis morib. & honestiori disciplinæ maxime pernicioſas: cuiusmodi genus mētriculas appellavit Plato, & ab inculpabili ciuitate ſui iuſſit exulare. Nolim tamen in hoc albo diuinā illā poni, quæ sanctiorib. est moribus accōmodata, qua nō nihil habere diuinitatis nō inficiat Aristoteles, q̄ cœlitū afflari cōfirmat Plato, quæ apud omnes gentes nationes que omnes i ſummo ſemper cultu habita, ipſo etiā sanctitatis nō nomine celebrat.

DISS ESSIO SVBITA.

AEgyptij ad hæc, si quem ita pertinaci animo amātem, vt amata relinquare minime posſe videatur, ſubito tamē euentu aliquo ab alienatum significare ſi vellent, Polypum & pulicariam heībam adpingebant. Polypi enim ita eſcis adhærēſcunt, vt auelli inde non poſſint, & quācunq; rem apprehenderint, tam firmiter tenent, vt adglutinati videantur: quod ab Homero ſumptum Ouidius ita luculentet exprefſit, Metamorph. quarto:

Vtq; ſub aquoribus deprenſum polypus hoſtem

Continet, ex omni demifſis parte flagellis.

Eos enim potius detrunces, quā poſſis vlo conatu petris, aut quicquid apprehēderint, auellere: & vt Nazianzenus ait, ſi quis cū de cubilib⁹ trahere per vim velit, aut ē petris aliquid euellet, aut certē ē carne ipsius petris affixū aliquid relinquit. Admota tamen cunila herba resilire protin⁹ dicūtur, q̄ odore eius ferre nō poſſint. Quæ verō ſit cunila ſiue pulicaria, quamq; varijs nominib. ab autoribus appetetur, ſuo cōmentario inter lagminea ſignificata dixerimus. Aīut & aquā dulcē ſuperinfuſam eadem pollere vi, quod natura ipsa Polypus dulcia omnia auerſetur, & omni gaudeat amaritudine, eaq; de cauſa nō inueniri Polypos in Ponto, quia mare id multis aquarum dulcium corriuijs ſupra aliorū marium ſaporem dulcescere quodammodo videatur. Alij mare id à Polypo vitari putant, quia ſit animal ob imbecillitatē ſuam frigoris impatiens: mare verō illud ad Boreā quippe vergens, aſſiduis penē frigoribus obnoxium eſſe, manifestū.

AMORIS FIRMITAS.

VT verō demum ad eam Veneris ſtatū deueniamus, quæ cauſa fuit vt tam multa ſuper Delphino & Polypo conquirereremus, ſuperfluum quidem eſt ſuper Delphino dubitare, cur Cupidini adjiciatur, cū amoris in eo ſigna tot deprehenderimus. Quod autē pertinet ad Polypū, erant qui amoris firmitatē ex Polypo ita delphini morsu detento intelligendū contendenter, i l quod ex ipſa ſeſe applicandi pertinacia, qua insignis eſt Polypus, coniiciebant. Ego verō tris argumenti huius interpretationes excogitauī. Vel enim pauorem & ignauiam, quæ vitia Theophractus in Polypo præcipua deprehendit, deuorāda eſſe amatori homini dicendum, Delphini in eorum locum promptitudine atq; agilitate adſumpta: quandoquidē, vt ait Ouidius, Ingenij eſt experientis amor: atque vbi multa in hanc ſententiam diſputauit, concludit demum, vt

Qui